

Vitriolum viride, Vitriolum viride Anglicum.
Uvæ passæ, Uvæ passæ majores.

Z.

Zedoaria, Zedoaria longa C. B. vel,
Zedoaria rotunda C. B.

Zingiber ejusque con-
ditura, Zingiber C. B. *inschi* vel *in-*
schi kua Hort. Malabar.

PRAEPARATIONES SIMPLICIORES.

TERREORUM,

aliorumque, quæ aquâ non dissolvuntur, cor-
porum præparatio.

PRIMUM pulverentur hæc corpora in mor-
tario, deinde lævigentur in pulverem subtilis-
simum super marmore expolito et duro cum
paululâ aquâ, postea exsiccentur super lapidem
cretaceum, denique in loco tepido seponantur,
vel saltem probè sicco, per aliquot dies.

Hoc modo in pulverem redigenda sunt

Ærugo,

Antimonium,

Chelarum cancrorum apices,

Corallium,

Creta,

Lapis bezoar, qui inter lævigandum spi-
ritu vinoso humectetur,

B 3

Lapis

Lapis calaminaris ab iis, qui orichalcum
conficiunt, calcinatus,

Lapis hæmatites,

Margaritæ,

Oculi dicti cancerorum,

Ostreorum testæ a sordibus priùs purgatæ,

Ovorum testæ; membranâ adharente priùs
coquendo separatâ,

Succinum,

Tutia.

IN antimonio, lapide calaminari, et tutiâ
cura singularis adhiberi debet, quò in pulverem
quàm maximè subtilem redigantur.

AXUNGIE PORCINÆ,

SEVIQUE OVILLI

curatio.

IN frustula concisa leni igne liquentur, pau-
lulâ aquâ adjectâ; deinde colando a membranis
separentur.

AXUNGIE VIPERINÆ

curatio.

ADIPEM ab intestinis separatum lento igne
liqua; deinde per linteam tenue exprimendo cola-

MELLIS DESPUMATIO.

MEL balneo liquefac, et spuma emergens au-
feratur.

SCILLÆ COCTIO.

SCILLAM, cortice exteriori detracto, par-
teque duriori, cui radiculæ adherent, abjectâ, fa-
rinâ

rinâ tritici subactâ involve, et in clibano coque, donec farina probè siccata sit, et scilla undique fiat tenera.

SCILLÆ EXSICCATIO.

SCILLAM, ablato externo cortice, transversim in taleolas tenues seca, et lenissimo calore exsicca.

RHABARBARI et NUCIS MOSCHATÆ
torrefactio.

TORREANTUR leni calore, donec redantur facilè friabiles.

SPONGIÆ USTIO.

SPONGIAM ure in vase fictili clauso, donec nigrescat, et friabilis fiat, deinde mortario vitreo vel marmoreo in pulverem redige.

CORNU CERVI CALCINATIO.

CORNU cervini frustra urantur in furno figulorum, donec penitus albescant; deinde redigantur in pulverem eodem modo, quo cætera corpora terrea.

PULPARUM EXTRACTIO.

FRUCTUS pulposi, si immaturi sint, vel maturi et sicci, coquantur paululâ aquâ, ut mollescant; deinde pulpam per cribrum seraceum exprime; postea in vase fictili coque lento igne crebrò agitans, ne aduratur, donec debitam spissitudinem habeat.

Item casia fistularis pulpa ex siliquâ contusâ

B 4

exco-

excoquenda est, deinde aquam evaporando ad idoneam spissitudinem reducenda.

Fructuum maturorum & recentium pulpæ per cribrum exprimantur, nullâ coctione præmissâ.

STYRACIS COLATIO.

STYRACEM calamiten coque in aquâ, donec mollescat; deinde prelo exprimatur inter laminas ferreas tepefactas, & styrax purificatus ab aquâ separetur.

OPIUM COLATUM.

vel

EXTRACTUM THEBAICUM.

℞. Opii in frustula concisi ꝑ. libram unam; dissolve in pulpam in aquæ bullientis mensurâ libræ unius, cautè evitans empyreuma; & dum adhuc calet, forti expressione per pannum lineum fæces separentur; denique balnei, vel alio leni calore opium colatum ad pristinam crassitudinem reducatur.

OPIUM paululâ aquâ ita emollitum per colum transit integrum, solis fæcibus relictis; sin autem multâ aquâ dissolvatur, pars resinosa a gummosâ separabitur.

EODEM modo purificantur reliqua gummi, ammoniacum, asa fœtida, galbanum, & alia. Sed major aquæ copia sine damno adhiberi potest. Si resinosa pars subsidat, eximatur, & circa finem inspillationis denuo adjiciatur, ut cum

cum reliquis gummi partibus in unam massam cocat.

GUMMI quodvis facillè liquefcens, quale est galbanum, etiam purificari potest immittendo in vesicam bubulam, tenendoque in aquâ bulliente, donec adedò molle fiat, ut per pannum cannabinum a sordibus prelo exprinatur.

MILLEPEDARUM PRÆPARATIO.

MILLEPEDAE panno cannabino rarioti incluxæ suspendantur in vase clauso super spiritum vinosum calefactum, ut a vapore necatæ friabiles reddantur.

CONSERVÆ.

CONSERVÆ

FOLIORUM Cochleariæ hortensis,

Lujulæ,

Menthæ vulgaris,

Rutæ,

SUMMITATUM Absinthii maritimi;

FLORUM Lavendulæ,

Malvæ,

Rorismarini,

Rosarum rubrarum immaturarum;

FLAVENDINIS Corticum aurantium Hispalensium.

FOLIA ex pediculis, floresque ex calycibus decerpe, flavedinem corticum aurantium ra-

B 5

dulâ